

# PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM Scriptorumque ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS  
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

## RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA  
ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM  
DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;  
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSLIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS  
DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS  
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET  
TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATE-  
RIÆ SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO  
AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS,  
STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS. IN QUODQUÆ RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE,  
LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆ-  
SERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO,  
QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM  
OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ  
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM  
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO  
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, QÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM  
NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTE  
SIMILIS, PRETIUS EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORVMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTRM  
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE  
PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCAE  
A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECAE CLERI UNIVERSÆ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAE ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

## PATROLOGIÆ GRÆCAE TOMUS V

---

S. IGNATIUS, S. POLYCARPUS, PONTIFICES ROMANI SÆCULI II, S. MELITO SARDENSIS; ALII.

---

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 208

alias quantasunque apud περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς nos habuimus, transmi- Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας-  
tus vobis, secundum ἡμέν ὑπάρχοντος (9), καὶ  
quod mandasti : quae ἀλλας διας εἰχομεν παρ'  
sunt subjectæ huic epi- ἡμέν (10), ἐπέμψαμεν  
stolæ, ex quibus magnus ἡμέν, καθὼς ἐντεῖλασθε-  
vobis erit profectus. Con- αἴτινες ὑποτεταγμέναι εἰ-

Et de ipso Ignatio (11), ut supra in fine epistole.

εἰ τῇ ἐπιστολῇ ταῦτη ἔξι tinent enim fidem, patien-  
ῶν μεγάλα ὠφεληθῆναι tiam et omnem ædifica-  
δυντεσσε. Περιεχουσι tionem ad Dominum no-  
γὰρ πίστιν καὶ ὑπομονὴν, strum pertinentem.  
καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν  
εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνή-  
κουσαν.

## MONITUM IN SUBSEQUENTIA FRAGMENTA.

(GALLAND., Vet. Patr. Biblioth., I, Proleg., p. LXV.)

I. Exstant fragmenta V Responcionum Capitulo-  
rum S. Polycarpi Smyrnensis episcopi, quæ circa  
sæculi vi medium Victor Capuanus e Græco Latine  
reddita, Catenæ in iv Evangelia intexuit. Ea pri-  
mus edidit Parisiis 1575 Franciscus Feuardentius  
in calce Adnotationum ad Irenæi lib. III, cap. 3, ex  
ms. codice Virduni reperto ac vetustissimis chara-  
cteribus exarato, ut ipsem testatur. Eadem dein-  
ceps evulgarunt Halloixius (12), Usserius (13)  
aliique.

De horum fragmentorum sinceritate, varia cir-  
cumfertur virorum eruditorum sententia. Tanquam  
legitima videtur agnoscere Grotius (14), dum exci-  
tans Polycarpum interprete Victore Capuano, integrum  
fragmentum v exscribit. Neque aliter illu-  
stris Huetius (15) : siquidem inter antiqua monu-

sebii exemplarib. legitur ἡμῶν, quod et Rusinus  
seculus fuisse videtur, cum reddidit, « deferat litteras  
ad vos, » et Polycarpi vetus interpres cum verlit :  
« Deferat litteras meas, quas fecero ad vos; » ita enim  
illud, δπερ ποιήσω, exprimere volebat : quod non  
animadvertis Jacobus Faber, « quas et dedero ad  
vos, » hic substituit; contra manuscriptorum fidem.  
Ubi tamen et nostrum hunc Polycarpi et Eusebii  
interpretum Rusinum deceptum fuisse appetet, de  
litteris ad Philippenses deferendis ista accipientem  
cum ad Antiochenos dandæ litteræ intelligantur ;  
vel ab ipsis Philippensibus, si πατέρων, vel a Po-  
lycarpo, et Smyrnæis suis, si πατέρων, hic legen-  
dum fuerit; quod posterius ex Ignatii verbis illis,  
in Epistola ad Smyrnæos, sūrmamentum accipit :  
« Ο ἐπάνη μοι ἀξιον, τοῦτο ἐστιν, ὥστε πέμψαι τινὰ  
ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξήσῃ τὴν κατὰ  
Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδαίνην. » Quod mihi dignum  
factu est visum, hoc est : ut aliquem vestrum mit-  
tatis cum Epistola (ad Antiochenos videlicet in Sy-  
ria), ut una cum illis glorificet Deum de tranquilli-  
tate, quam in Deo consecuti sunt. » USSE.

(9) Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας  
ἡμέν ὑπ' αὐτοῦ. Ita locum hunc citant Eusebius,  
Nicephorus, et Græcus Actorum Ignatii scriptor  
anonymus : quam legitimam esse lectionem, agno-  
scit etiam Baronius, pro qua vetus Latinus Poly-  
carpi interpres hic habet : « Epistolas Ignatii, quæ  
transmissæ sunt vobis ab eo, » ubi illud, « ab eo »  
(Græco ὑπάρχοντος respondens) ex Magdalensis col-  
legii exemplari restituimus ; quod alii codices in  
« habeo » transmutarunt. Id.

(10) Καὶ ἀλλας διας εἰχομεν πατέρων ἡμέν. Vide  
nostram de Ignatii et Polycarpi scriptis disserta-  
tionem, cap. 2. In eo vero quod sequitur : « Εξ ὧν  
μεγίλα ὠφεληθῆναι δυνατεσσε, anonymous martyrii  
B. Ignatii descriptor legit ὠφεληθεσσε, quomodo  
et vetus Polycarpi interpres reddidit : « Ex quibus

A menta quorum maximam partem vetustas consum-  
psit, recenset etiam Responcionum Polycarpi librum,  
unde quinque illa fragmента quæ a Feuardentio  
edita sunt, Latine reposuit Victor Capuanus. Ita  
quoque Georgius Bullus (16) qui ex aliis Polycarpi  
Epistolis Irenæo memoratis quæ interciderunt, esse  
desumpta ejusmodi fragmenta non aspernanda,  
omnino verisimile arbitratur : adeo ut ex eorum  
tertio, velut Polycarpiano, de Filii τῷ ὄμοουσίῳ ar-  
gumentum deponat.

II Dubitant vero alii, quos inter Halloixius et  
Usserius. Et ille quidem nonnulla forte iis frag-  
mentis assuta existimat ; cuiusmodi est illud, quod  
sub finem secundi occurrit : Legitur et in dolio  
ferventis olei, pro nomine Christi, beatus Joannes  
B fuisse demersus. « Neque enim, inquit, Polycarpus,

magnus vobis erit profectus. » Id.

(11) Et de ipso Ignatio, etc. Hujus ita in Biblio-  
theca sua, de Polycarpi haec ad Philippenses Epistola  
agens, meminit Photius : Λέγει καὶ τὰς ἐπιστολὰς  
αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ  
αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι πατέρων, εἰ τι περὶ ἐκεί-  
νου διακονεῖεν. « Dicit et epistolas Ignatii Theo-  
phori ad eos se misisse ; petitque ab illis, si quid  
de eo inaudierint, edoceri. » In Halloixii tamen edi-  
tione verba ista sunt omissa : quæ docent circa an-  
num Dom. 106, eodem videlicet tempore, quo a  
Syria ad martyrium Romam abductus est Ignatius  
scriptam a Polycarpo istam fuisse epistolam, « in  
qua, inquit idem Halloixius, cum color et linea-  
menta, quibus eam Irenæus, Eusebius, et Photius  
describunt, reperiantur ; quin ipsius martyris ger-  
mania sit, dubitari non potest. Nam et forma fidei  
eius, atque prædicatio veritatis (quam Irenæus inde  
C posse addisci admonet), clare in ea elucet ; et testi-  
monia, quæ illic citari e priore Petri Epistola Euse-  
bius docet, multa comparent : et frequentes com-  
monitiones cum perspicuitate sermonis atque sim-  
plicitate, juxta ecclesiasticam interpretandi formam  
(quibus eam abundare Photius profitetur), passim  
sese offerunt atque ostentant : ita ut ad perfectam  
ejus recognitionem vix desiderari amplius quid-  
quam possit. » Hæc ille. In Datino vero codice D.  
Alexandri Petavi, tota Epistola ita concluditur :  
« Incolumes estote in Domino Iesu Christo, et gra-  
tia ipsius cum omnibus vobis. » Id.

(12) Halloix., Vit. PP. orient., tom. I, p. 322.

(13) Usser, in Append. Ignat., post Smyrn. epist.

(14) Grot. in Joan. xvii, 4. Critic. sacr. tom. VI,  
col. 289.

(15) Huet. De interpr. lib. II. cap. 7, § 2,  
p. 195.

(16) Bull. Defens, fid. Nic., sect. u, cap. 3. § 7,  
p. 52.

qui omnia a B. Joanne acta, tanquam ejus discipulus, vel videbat ipse, vel ex eo audiebat, vel ex comitibus addiscebat, scripsisset, legitur, quasi scilicet, id non aliunde quam ex libris sciret; sed potius simpliciter atque absolute dixisset: *Idem Joannet in dolio ferventis olei, Christi nomine demersus fuit*: quod longe maiorem vim haberet, quam istud legitur. Est enim haec vox de rebus ante nostra tempora præteritis, non vero de iis quæ nostra memoria, nobisque viventibus et fere videntibus, circa amicos nostros et magistros accidentunt. • Hæc Halloixius. Et recte sane. Hinc locus ille vel ex Tertulliano (17), vel ex Hieronymo qui ab hoc scriptore Africano eam narrationem accepit (18), videtur adjectus. Quid vero si membrum illud, ab aliena manu oræ codicis Græci quo usus est Victor additum, interpres exinde aliud agens in suam versionem intulerit? Quid si librarius, *Catenam a Victore Latine redditam exscribens*, atque idem membrum quod aliquis eruditus margini adjecerit, pertinere ad suum textum existimans, in suum exemplar conjiciendum putarit?

Aliud insuper censura notandum in his fragmentis detexisse sibi videtur Usserius, eorumque auctorem ἀκρολογεῖ pronuntiat, dum in quinto Christum crucis vexillum concendisse scribit. «Nam, ait, gestari quidem vexillum crucis non semel audivimus; sed consensum a Christo fuisse vexillum illud, nullibi adhuc invenimus. » At hoc demum tanti non est, ut ea de causa fragmenta illa penitus rejicienda quis jure definiat. Nullam certe ἀκρολογίαν ibidem advertit Grotius vir summus. Quid porro si Græce scripserit σηματόν Polycarpus, crucem intelligens, atque huic loci verbum consentaneum aptarit? Sic sane locutus est Barnabas in Epist. cap. 12. Sic item Ignatius in Epist. ad Smyrn. cap. 4, ubi phrasin αἴρειν σύσσημον usurpat S. Martyr: σύσσημον, inquam, quod Hesychio et Suidæ est σηματόν. Hoc itaque fortasse imitatus sanctus Smyrnensis antistes, pari loquendi ratione usus fuerit, quam minus apposite reddiderit vetus interpres.

Verum, his missis, ad illud potius, et quidem

(17) Tertull. *De Præscript.*, cap. 36.

(18) Hieron. *adv. Jovin.*, lib. I, cap. 26.

(19) Tillem. *Mém. eccl.*, tom. II, p. 645, not. 4.

(20) Pind. *Nem. od.*, x, 59.

A gravius, accedamus, quod in fragmento secundo notat Tillemontius (19); ubi fertur Jacobus Joannis frater, novissimus martyrio sublatus; qui tamen primus inter apostolos pro Christo sanguinem fuisse perhibetur: ut proinde sententia ejusmodi Polycarpo prorsus indigna videatur. Verum ne ista quidem objectio negotium ullum facessere compertur; Agesis, fac demum, in suo textu ἔσχατον legisse interpretem; quam quidem vocem obvio sensu acceptam, novissimum Latine reddendam duxerit; an ideo statim erroris arguendus Fragmentorum auctor? Imo vero ille rectissime scripserit, Jacobum ἔσχατον martyrio consumptum, ea-que vox vertenda fuerit *primum*, non autem *novis simum*. Vadem ultra hic sese mihi offert Hesychius:

B

Ἔσχατον = πρῶτον. Glossam Hesychianam

confirmatur eruditus Abreschius in *Miscell.* Pindarum excitat sic loquentem (20):

ἀπιλλάται περὶ

Ἐσχάτων ἀέθλων πορυφύλαξ

Videsis præstantem Hesychii editionem, a cl. Joanne Alberti adornatam (21). Ex quibus libet, horum fragmentorum auctoritati parum aut nihil officere quæ objiciuntur; eaque demum ut vim haberent aliquam, e Græco potius textu quam ex versione essent definienda.

C

Cæterum si quid adhuc animadvertere liceat, putaverim equidem fragmenta illa esse *Responsionum* excerpta, ut fert quidem inscriptio, quas Polycarpus, a suis interrogatus, sive præsentibus sive absentibus, edere consueverat; quæque proinde ab aliquo vel auditorum vel eorum quibus ejus epistolæ inscribebantur, deinceps exceptæ fuerint ac litteris traditæ. Siquidem beatus ille antistes plenumque sedens disserebat, atque ad populum sermones habebat: Καθεξόμενος διελέγετο, καὶ τὰς διαλέξεις ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, ut nos edocet Ireneus αὐτόπτης (22); qui et ipsum ad quosdam ex fratribus epistolas missitasse ibidem refert. Accedit, fragmenta illa sæculi apostolici genium exprimere, eamque simplicitatem sapere quam ipsamet Polycarpi Epistola spirare dignoscitur.

D (21) Hesych. edit. Alb. tom. I. col. 1475, not. 4.

(22) Iren. *epist. ad Florin.*, apud Euseb., *H. E.*, lib. V, cap. 20.

## FRAGMENTA

E RESPONSIONUM CAPITUL'S S. POLYCARPO ASRIPTIS,

*Victoris episcopi Capuani Catenæ in iv Evangelistas inserta.*

## I.

Matthæus Dominum dixisse testatur<sup>3</sup>, quod Moyses scribit Adam locutum fuisse hoc modo : « Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea : propter hoc relinquet homo patrem et matrem » etc. Sed concordant Domini verba cum Moysi sermonibus ; qui Adam præbens officium,

A inspiratione divina prophetavit, ipse a Moyse hoc dixisse refertur. Deus vero qui per inspirationem divinam in corde Adam ista verba formavit, ipse Pater a Domino recte locutus fuisse refertur. Nam et Adam hanc prophetiam protulit ; et Pater qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse,

## II.

*IDEM, ad hæc verba Christi : « Calicem meum bibetis, etc. (Matth. xx, 23.)*

Per hujusmodi potum, significat passionem. Et Jacobum quidem novissimum martyrio consummandum ; fratrem vero ejus Joannem transitum absque martyrio : quamvis et afflictiones plurimas, et exsilia toleraverit; sed præparata martyrio mentem, Christus martyrem judicavit<sup>4</sup>. Nam apostolus Paulus, « Quotidie (inquit) morior<sup>5</sup> : » dum impos-

sibile sit quotidie mori hominem ea morte, qua semel vita hæc finitur. Sed quoniam pro Evangelio ad mortem jugiter erat præparatus, se mori quotidie sub ea significatione testatus est. Legitur et in dolio serventis olei, pro nomine Christi, beatus Joannes fuisse demersus.

## III.

*IDEM, De initio Evangelisi secundum Marcum.*

Rationabiliter evangelistæ principiis diversis utuntur; quamvis una eademque evangelizandi eorum probetur intentio. Matthæus, ut Hebreis scribens, genealogia Christi ordinem texuit : ut ostenderet, ab ea Christum descendisse progenie, de qua eum nasciturum universi prophetæ cecinerant. Joannes autem ad Ephesum constitutus, qui legem tanquam ex gentibus ignorabant, a causa nostræ redemptio- nis Evangelii sumpsit exordium : quæ causa ex eo appareat, quod Filium suum Deus pro nostra salute voluit incaruari. Lucas vero a Zachariæ sacerdotio

B incipit : ut ejus filii miraculo nativitatis, et tanti prædicatoris officio, divinitatem Christi gentibus declararet. Unde et Marcus antiqua propheticæ mysterii competentia adventu Christi declarat; ut non nova, sed antiquitus prolata ejus prædicatio probaretur. Aut per hoc evangelistis curæ fuit, eo uti procœmio, quod unusquisque judicabat auditoribus expetere. Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet diversis scriptis, ad eamdem tamen patriam pervenitur.

## IV.

*IDEM, in illud : « Noli vocare amicos tuos, sed pauperes et debiles, » etc. (Luc. xiv, 12.)*

Præcepit, non amicos, sed infirmos quosque vocandos ad prandium. Quod si claudus aut quilibet eorum sit amicus, sine dubio talis pro amicitia minime est rogandus ; unde ipsa quasi videntur se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi et cæci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. Sed

C amicos, arbitror, intelligi hoc loco debemus illos, quos pro mundi hujus terrena consideratione diligimus, non pro divinæ contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debiliū exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis æternæ.

<sup>3</sup> Matth. xix, 5. <sup>4</sup> Gen. ii, 24. <sup>5</sup> Act. xii, 2. <sup>6</sup> I Cor. xv, 31.

## V.

IDEM, in illud: « *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* » (Joann. xvii, 4.)

Quomodo opus salutis humanæ adimplesse com- A nerandæ passionis insignia adire decreverat, jure memorat, cum necdum crucis vexillum concende- se opus perfecisse significat, etc.

rat? Sed definitione voluntatis, de qua cuncta ve-

## VI-VII.

*Spicilegium Solesmense* (23), t. I, p. 266. Ex codice olim Sangermanensi sub n. 60, nunc in bibliotheca nuper Regia Parisiensi sub n. 838 asservato, saeculi plus minus decimi, titulum hunc præ se ferente: *Expositum Johannis Romanæ Ecclesiæ diaconi in Genesim*. — « Hæc ex libro *Responsorum frustula*, inquit « doctissimus Editor *Spicilegii Solesmensis* (Proleg. p. li) præclare confirmant sinceritatem quinque alio- « rum fragmentorum ejusdem libri quæ primus edidit Feuardentius ad calcem adnotationum in Ire- « næum. Collata enim codicis nostri inscriptione: *In libro Responsorum capitula xxii*, cum titulo codicis « Feuardentii: *Ex Responsione capitulorum sancti Polycarpi*, simulque altero per alterum correcto, autu- « mavi eundem esse Polycarpi, forsitan discipulis interrogantibus respondentis librum saeculo vi adhuc « exstantem; nostra vere desumi e capitulo 21, totumque opus inscriptum fuisse: *Liber Responsorum* « *S. Polycarpi Smyrnensis episcopi et martyris.* »

—

« S. Polycarpus cuidam discipulo, ex more veterum, magistrum sciscitanti de hominis opificio, res-  
pondet in homine primigenio coaluisse, plasmante Deo, quatuor elementa; mulierem vero ex pulvere  
et costa in Ecclesiæ typum efformatam ».

I. « Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo B aquæ; dehinc etiam ignis ex siccitate quæ ei ter-  
ræque communiter inest.

Victor (24) episcopus Capuæ in libro *Responso-  
rum*, capitulo vigesimo primo, secundum Hebraeam  
translationem.

Refert Scriptura divina quod humanum corpus  
assumpto Deus limo terræ plasmaverit; quo limo  
nomine (25) humidam voluit significari substan-  
tiam. Ergo duo elementa evidenter ostendit, terræ  
simul et aquæ. Sed ex horum quibusdam qualita-  
tibus reliqnorum duorum introducitur intellectus,  
id est aeris ex humore qui communis est ei, et

(23) « *Spicilegium Solesmense*, complectens sanc-  
torum Patrum scriptorumque ecclesiasticorum  
anecdota hactenus opera, selecta e Græcis Ori-  
entalibusque et Latinis codicibus, publii juris facto,  
curante Domno J. B. PITRA, O. S. B. monacho e  
congregatione Gallica, nonnullis ex abbatia Soles-

II. « Cumque obdormisset, tulit unam de costis  
ejus et replevit carnem pro ea, et ædificavit  
Dominus Deus costam » (Gen. ii, 21).

Nos nascimur (26), quia ille ex alia natura pro-  
ducitur; mulier ex costa jam hominis facti, nos  
autem ex semine. Quare tria colliguntur esse prin-  
cipia hominum creandorum: pulvis, costa et se-  
men. Et causa lateris sui, id est uxoris, Adam de  
paradiso projicitur. Et sacramento lateris Christi,  
de quo manavit sanguis martyrii et aqua baptisma-  
tis, Ecclesia recipit paradisum.

C mensi opem conferentibus. Parisiis, ap. Firmin  
Dilect fratres. » MDCCCLII, in-4.

(24) Inseritur fragmentum illud in cod., fol. 13 (b).

(25) Quo limo nomine Appositionis casu, Latinis  
et Græcis familiari.

(26) Exstat locus ille in cod. fol. 48 (b).

—